



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.44. Ecclesia Lithuana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

Secul. XIII.

A.C. 1253.

alias nomine proprio habentibus, & quasdam mensæ suæ adjungebant, proventibus aliunde satis instructæ. Atque ista novimus ex decretis concilii, quod hoc anno die Martis post festum S. Andreæ scilicet 2 Decembris Salmurii ad S. Florentium Petrus Lambaliensis Archiepiscopus Turonum cum Episcopis sibi obnoxiiis celebrabat.

§. XLIV.

*Ecclesia Lithuania.***Rayn.**

1251. n. 46.

47. &c.

Mendogo seu Mindovo Lithuaniae Principi, cum quasdam terras an. 1251 Equitibus Borussiæ cessisset, hi suaferant, ut Regis titulum obtainendi causa in Papæ clientelam se conferret. Itaque sollemnam ad Papam Innocentium Legationem misit, qui ei scripsit in hanc sententiam: Ut multo cum gaudio audivimus, divina te illustrante gratia cum magna ethnicorum multitudine salutis fonte tinctus, te, tuum Regnum & omnia bona tua Apostolicæ Sedis tutelæ penitus submisisti. Quamobrem votis tuis annuentes, sub jus ditionemque S. Petri recipimus Regnum Lithuaniae, cunctasque terras, quas ethnicorum manibus eripuisti, aut deinceps adimes; ac te cum tua conjugi, liberis, ac familia in fidem sanctæ Sedis accipimus. Actum Mediolani

Baudrand.

to. I. p. 582.

16 Jul.

16 Jul. 1251. Luthavia seu Lithovia, ut Sæc ul. XIII.
in illa regione dicitur, est eadem, quæ Li- A.D.C. 1253.
thuania.

Papa simul per litteras Henrico Epis- Rayn. n. 48.
copo Culmensi præcepit, ut & Mindovo
coronam imponeret Regiam, & postquam
is Ecclesiam Cathedralem condidisset, do-
tassetque satis, pro Lithuania Episcopum
consecraret, qui Papæ soli esset subjectus,
& post sui consecrationem ipsi mox jura-
ret fidem. Etiam Episcopo Rigeni, duo-
busque aliis ei vicinis Papa scripsit, ut
novum Regem in adducendis ad Chri-
stum Lithuanis adjuvarent. Biennium
abiit: nec tamen Episcopatus institutio
executioni data erat: & an. 1253 Papa
eam denuo mandavit Archiepiscopo Li- Rau n. 1253.
voniæ ac Borussiæ, qui, priusquam epi- n. 26.
stolam Papæ acciperet, in Episcopum Li- Id. 1254.
thuaniæ consecraverat quendam Ordinis
Teutonici Sacerdotem Christianum no-
mine, & ab eo juramentum fidelitatis suo
ac Ecclesiæ suæ nomine receperat; id
quod Papæ vehementer displicebat. Hoc
enim jusjurandum declaravit nullum, &
Episcopum Lithuaniae tanquam S. Pe-
tri propriæ debere sanctæ Sedi soli ob-
noxium esse affirmavit per litteras, quas
dabat 3 Sept. 1254.

49.

50.

Rau n. 1253.

n. 26.

Id. 1254.

n. 27.

§. XLV.